

marcellino comite. mansuefacta tigris de.
ab india anastasio principis missa. Vult
ergo intellegi. quia lingua prauorum bestiarum
ferocitate. uolucris; leuitate exaltatione.
serpentibus uirulentia precellat. Sunt enim
bestiales. quae excutierunt gladium linguarum suarum.
Sunt uolatiles. quae posuerunt in celum ossa sua. & quoque
os locutionis uanitate. Sunt serpentine.
de quibus dictum est. uenenum aspidum sub labiis eorum.
Lingua autem nullus hominum domare potest.
Duobus modis haec sententia potest recte
intellegi. quia & nullus doctorum bonorum
potest domare linguam eorum quae se ipsos astuta
uerbositate cohibere neglegunt. & nullus
loquentium est qui nunc aliquando delinquit
in linguas suas. Inquit & uerbum malum plenum ueneno